

De beata vita

non est personarū acceptio apud deum. ubi non est iudeus et grecus. masculus et femina. seruus et liber. barbarus et scythia. sed omnia in omnibus christi. Omnes enim unū sunt in christo iesu. Dū ergo christus finis est legis: qui sine lege sunt sine christo fiunt. Itaque populus sine lege. populus sine christo est. Abusuū ergo in te poribus euangelij populū sine lege fieri. quando apostolis in cunctas gentes licentia predicandi data est. quando tonitruum euangelij per cunctas seculi partes intonuit. quando gentes que non sectabantur iusticiam apprehēderunt iusticiā. quando qui lōge fuerāt facti sunt. prope in sanguine christi. qui aliquādo non populus. nūc autē populus dei in christo. quando est tempus acceptabile. et dies salutis. et tempora refrigerij in conspectu altissimi. quando vnaqueque gens habet restē resurrectionis. quando ipse testatur dominus. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consumationē seculi. Non fiamus itaque sine christo in hoc tpe transitorio. ne sine nobis christus esse incipiat in futuro.

¶ Finis duodecim gradū abusionis sancti Augustini. ¶ De isto libro frater Bartholomeus de vrbino ordinis benedictinorum sancti augustini. annumerans libros augustini post finē sui milleloquij quō collegit ex augustini libris sic dicit. Dubiū est utrū liber de duodecim gradibus abusionū sit augustini. quia non nominat in libro retractationū. et alij appropriāt ipm cipriano. Ego tamē repperi in antiquo originali augustini.

¶ Ex libro retractationū beati augustini in librū de beata vita.

Librum de beata vita non post libros de academiis. sed inter illos ut scriberem contigit. Et occasione quippe ortus est natalis mei. et tridui disputatione completus. sicut satis ipse indicat. In quo libro constitit inter nos qui simul querebamus non esse beatam vitam nisi perfectam cognitionem dei. Displicet tamen illi quod malio theodoro. ad quem librum ipsum scripsi. quāuis docto et christiano viro plus tribui debere. Et quod fortuna etiam illic sepe nominauit. et tempore vite huius in solo animo sapientis dicit habitare vitam beatam. quomodo libris se habeat corpus eius. cui perfectam cognitionem dei. hoc est qua homini maior esse non possit. in futura vita speret apostolus. que sola beata vita dicenda est. ubi et corpus incorruptibile atque immortale spiritui suo sine ulla molestia vel reluctatione subdet. Hanc istum librum in nostro codice interruptū repperi. et non parū minus habere. et sic a fratribus quibusdam descriptus est. nec adhuc apud aliquem integrum inueniatur. ex quo emendare quando hec retractaui. Dic liber sic incipit. Si ad philosophie portum.

¶ Beati Augustini episcopi de beata vita liber incipit

¶ Prohemium

Iad philosophiam portum. de quo tam in beate vite regionem solum.

quod proceditur. vir humanis sine atque magne theodore. ratione instructus. curius et voluntas ipsa perducere. nescio utrum temere dixerim. multo minoris numeri homines. ad eum peruenturos fuisse. quāuis nunc quoque ut videmus. rari admodum paucique pueniant. Cum enim in hunc mundum. siue deus siue natura. siue necessitas siue voluntas